

tur, prout tempora fuerint. Idem multò magis de editione Porphyrii dicere possum. Tu quidem strenuè, qui in correctionem exemplaris incumbis, eaque de causa proficisceris Heidelbergam. Maçte hac virtute. Ego verò non sum totus mei arbitrii, multæ etiam moræ præter spem solent interjici: polliceri de tempore nihil possum: & tu jam Typographum conduxisti. Adde quod exemplar, quo utor, Hervvardi est, Cancellarii Bavarici, sine cujus consensu facere nihil possum. Ille verò sua solet excudere vel Monachii vel Augustæ. Sic tamen commendasti tuum Typographum, ut laborandum mihi censeam, ut ejus opera æquo Hervvardo possimus uti: eritque mihi inter argumenta tuum exemplar, auxiliumq; præstitum; si quidem eum diem videro.

Ego